



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Brigitta Vid. 23. Iulij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

ebria, & letissimi nuntii ad Apostolos nuntia. Quidquid hunc etiam ipsa Apostoli vices funda in ipsas usque Gallias Massiliam portavit, & populos nova moris magistra amare Crucifixum docuit. Hanc illa inter silvas maximè & loca sola venabatur, & in nudo lectulo Crucis, quam illic loci Angeli desixerant, indagabat. Audires jam saxa edocta & littora barbara IBSVM suspirare, IBSVM ingeminare; cum interim scepiculè hic ad Dilectam è celo inviseret, illa sèpè sèpius ad Dilectum ab Angelis in aëre, tandem in cælos etiam raperetur. Ex Evang. & Silv. Prierate.

Si nos esse peccatores novimus. & esse nolumus, peribus Christi demus lacrymas, sigamus oscula, piezatis oleum totâ devotione fundamus. Imitemur Magdalenam quam conspicimus non solum caruisse peccatis, sed ad sanctitatis verticem pervenisse. Petri Chrysost. serm. 2. de S. Magd.

S. BRIGITTA Vid. 23. Iulij.

**V**ix dum septennis erat BRIGITTA, cum jam coronâ donari meruit à cæli IMPERATRICE. Hec eadem acu pingenti in opere adesse Magistra visa est quidni ab hac Pallade edocta pulchre pinget? Eodem ferè tempore CHRISTVM velut tunc primùm in crucem suffixum vidit, dictantem facinus hoc eorum esse, qui suos amores negligenter mundi sectarentur. Inde illa dolentiam condoluit, ut quoties patientis mentio fieret, testes continuò doloris lacrymas daret, feriā item VI. semper plagas animi nudarer, corpusculum ardenti cerâ perfunderet, herbas ore manderet amarissimas gustui, sed quas medicus amor condidit. Vito nupta vitam egit tam sanctam, ut obstetri-

can-

cantem è cælo manum commodare VI RG O pa-  
rident non dubitarit. Ipsa Matris officio tum se  
functam putavit , cùm D E O prolem transcriptis-  
set. Filiū certè , cuilacrymis cælum emollierat.  
ipse D E V S filium lacrymarum vocavit. Iam quoties  
illam loqui homini contigit graviori labe asperso-  
oberrare ipsam naribus Mephitim credidit , adeò  
mæle olentes animos sceleratirahitis! A morte con-  
jugis novas religiosè vivendi leges viris virginis  
busque scriptis , quas ipse Legislator C HRISTVS  
illi dictavit , cui etiam præsenti , anno suprà  
M. CCC. LXXIII. animam reddidit. Mortem il-  
lius orbis idè minus tunc ægri tulerit , quod vivere  
etiam mortuam in filiâ Catharinâ crederet. Ex Su-  
rio.

Que anima semel didicit Dei presentiam suffi-  
cere , & querere faciem eius semper , nescio an vel  
ipsam gehennam experiri ad tempus horribilium du-  
cat , quam post hujus studii gustatam suavitatem  
exire denuo ad illecebras , vel potius molestias car-  
nis. S.Bern.serm.25.in Cant.

S. CHRISTINA VIRG. MART.

24. Iulii.

D icite , quotquot Musas colitis , quid virgine  
felicius si Doctorem habere Angulum mere-  
tur? Certe Virgo C HRISTINA habuit , & Christiana  
doctrinæ rudimenta cùm ediceret , ab ore An-  
geli peperit. Nempe sic ipsi Diis quoque (quos  
argenteos aureosque parens habebat ) rectè uti  
didicit , quando fractos in frusta pauperibus jussit  
cedere , docuitque hos ipsos rectè denique morta-  
libus proprios esse : jam parentis furorem ut for-  
tier exceptit Alapæ , vincula , unci , rotæ , flammæ .  
veli-